Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



magnum inprimis qui conuertuntur addnm. postea autem inenarrabile gaudium habent. Sicut enim qui ignem accendere uolunt. primo fumantur. et sic obtinent quod uolunt. ita oportet nos diuinum ignem cum lacrimis atq; laboribus innobis ipsis accendere. Scriptum est enim. quia ds nr ignis consumens e. Dixit senex. Quomodo umbram corporum nrorum ubiq; nobiscum circumferimus. sic debemus fletum et conpunctionem habere nobiscum ubicumq; sumus. Dixit abba ypichius. Nocte et die laborat monachus. uigilans. inorationib; permanens conpungens autem cor suum producit lacrimas. et celerius puocat misericordiam dei.

De eo qd scī monachi filii dī uocentur. LXXXI.

HINC DOMINVS AIT. BEATI PACIFICI QVO filii dī uocabuntur. Inpace perfectio est. ubi nichil repugnat. Et ideo filii dī pacifici sunt. quo nichil ineis resistit do. Pacifici autem insemetipsis sunt. qui omnes animi sui motus componentes fiunt regnum dī. Si filii dī sumus pacifici esse debemus. Pacificos enim esse oportet dī filios et humiles. mente mites corde simplices. sermone puros. animo innocentes. affectu concordes sibimet coherentes. Hinc et iohannes apostolus ait. Videte qualem caritatem dedit nobis pater. ut filii dī nominemur et simus. Magna est gratia conditoris nri qua nobis donauit. ut eum amare et nouerimus et possimus et ita amare. ut patrem filii. cum et hoc magnum esset. si sic amare illum possemus. quomodo fideles serui amant dominos suos. Qualiter enim filii dī effici debeamus. idem iohs inęuangelio testatur. Quotquot autem receperunt eum inquiens. dedit eis potestatem filios dei fieri. his qui credunt innomine eius. Per fidem enim et dilectionem. filii efficimur. Magna beniuolentia. magna mia. unicus natus est. et noluit manere unus. s; ds unicum eundemq; ipsum quem genuerat. et pquem cuncta creauerat misit inhunc mundum. ut non esset unus s; fres haberet adoptatos. Non enim nos nati sumus de do. quomodo ille unigenitus. s; adoptati pgratiam eius sumus. Exmunere enim diuino prius potestatem accepimus adoptionis. postea ut filii dī esse mereremur consecuti sumus. Hinc iterum idem iohs ait. Kmi. nunc filii dī sumus. et nondum apparuit quod erimus. Hinc iterum ipse. Et nos cognouimus et credimus caritati. quam habet ds innobis. Cognouimus quia ihs e filius dī. et quia pater misit eum saluatorem mundi. et credimus caritati. quam habet deus innobis. quia uidelicet cum haberet unicum noluit esse unum. s; ut fres haberet adoptauit illi alios. qui cum illo possiderent uitam eternam. Dixit abbas pastor. Quia interrogauit quidam fr abbatem pimenem dicens. Quid est quod dominus inęuangelio dicit maiorem hac caritatem nemo habet. quam ut quis animam suam proamico ponat. quomodo fit hoc. Respon